Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



tas

263

et ecce ora munda sunt nobis Sed ue uobis pharisei q̃ dama
tis mentem et rutam et omne olus et pretertis iudicium et caritatem
dei hec autem oportuit facere et illa non omittere Ve uobis pharisei
qui diligitis primas cathedras in synagogis et salutationes in foro
Ve uobis qm estis ut monumenta q̃ non parent. et homines ambulantes
super ea nesciunt Respondens autem quidam legisperitus ait illi magi
ster dicens ea nobis contumelia facis de ille aut et ue uobis legis
peritis qm onatis homines oneribus q̃ portari non possunt et ipsi
uno digito uestro non tangitis sarcinas. Ve uobis q̃ edificatis
monumenta prophetarum. pres autem vestri occiderunt illos. profecto tes
tificamini q̃ consentitis operibus patrum vestrorum Quoniam ipsi eos
occiderunt Vos autem edificatis eorum sepulcra Propterea et sapien
tia dei dixit. mittam ad illos prophetas. et apostolos et ex illis occident
et persequent ut inquirat sanguis omnium prophetarum q̃ effusus est a constitutione
mundi a generatione ista a sanguine abel usque ad sanguinem
zacharie q̃ periit inter altare et edem sic dico uobis requirent ab hac
generatione Ve uobis legisperitis. qm tulistis clauem scientie. ipsi
non intrastis et eos q̃ intrabant prohibuistis Cum hec ad illos
diceret. cperunt pharisei et legisperiti iniquum insistere et os eius
oppimere de multis insidiantes ei et querentes capere aliquid ex
ore eius ut accusarent eum Multis autem turbis conuenientibus
sic ut se invicem conculcarent. cperit dicere ad discipulos suos Attendite
a fermento pharisaeorum quod est ypocrisis Nichil enim
opertum est qd non revelet nec absconditum quod non sciat. Quam
que in tenebris dixistis in lumine dicentur et quod in aure locuti
estis in cubiculis. predicabitur in tectis Dico autem uobis amicis meis
ne timeatis ab hiis q̃ occidunt corpus et post hec non habent am
plius qd faciant Ostendam autem uobis quem timeatis Timete eum
qui postquam occidit. habet potestatem mittere in gehennam. sic dico uobis
hunc timete Nonne quinque passeres uenient dipondio et unus
ex illis non est in oblivione coram deo Sed et capilli capitis vestri omnes
numerati sunt Nolite ergo timere multis passeribus plures estis Dico
autem uobis Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus et filius
hominis confitebitur illum coram angelis dei Qui autem negauerit me
coram hominibus denegabitur coram angelis dei Et omnis qui
dixerit uerbum in filium hominis remittetur illi Ei autem q̃ in spiritum sanctum

VII 12 c.